

BARTHOLOMAEUS LEGAT

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPUS TERGESTINUS ET JUSTINOPOLITANUS

VENERABILI CLERO

ET

DILECTO POPULO

SALUTEM ET BENEDICTIONEM!



Inscrutabili divinae Sapientiae consilio vocatus ad participationem *sublimis ministerii*, in quo quidam *dati fuere Apostoli, quidam autem Prophetæ, alii vero Evangelistæ, alii autem Pastores et Doctores in aedificationem corporis Christi*¹⁾, ego quidem cognoscens nimiam differentiam meorum meritorum in comparatione istiusmodi sanctae cohortis humiliatum me sentio, et pavesco gravitatem operis, cui me dedicare debebo. Si tamen defectus meritorum et insufficientia mearum virium unita multis imperfectionibus mihi persuaderet, ut mihi hanc gravem responsionem haud injiciam, ac ad imitationem tot prudentissimorum Doctorum Sanctae Ecclesiae mihi consilium potius suggereret, ut in obscuritatem solitudinis recedam: ad assumendos Apostolicos labores nihilominus me constringit veneratio superiorum mandatorum, quae a legitima Auctoritate mihi transmissa sunt, atque obedientia erga voluntatem Vicarii Jesu Christi in terris, regnantis Summi Pontificis Pii IX, qui annuens praesentationi meae humilis personae a Sua Majestate Nostro Gratosissimo Monarcha et Imperatore Ferdinando I Ipsi factae, benigne mihi commisit curam pastorem unitarum Dioeceseon Tergestinae et Justinopolitanae.

Submittens me propterea tam sublimi et sancto muneri, omnem meam sufficientiam et dignitatem unice in abundantibus divitiis gratiae divinae repono; levamen vero et solatium in Vobis quaero, Dilectissimi, quum non ignotus ad Vos redux sim, ac si alias jam Vestrum amorem in religionis cultum cognoverim, totque solatia in Vestra fideli

Per l'inscrutabile consiglio della divina Sapienza chiamato a prendere parte del *sublime ministero*, in cui altri furono costituiti Apostoli, altri Profeti, altri Evangelisti, altri Pastori e Dottori per l'edificazione del Corpo di Cristo¹⁾, io mi sento umiliato per la disuguaglianza de' miei meriti in confronto di tale santa coorte, e pavento la gravità dell'opera, a cui dovrò dedicarmi. Se però la mancanza dei meriti e l'insufficienza delle mie forze unita a molte imperfezioni mi persuaderebbero di non addossarmi la grave responsabilità e mi consiglierebbero piuttosto ad imitazione di tanti prudentissimi Dottori della Santa Chiesa di ritirarmi nell'oscurità della solitudine: ad assumermi le Apostoliche fatiche mi costringe peraltro la venerazione dei superiori ordini ricevuti da legittima Autorità e l'ubbidienza dovuta alla volontà del Vicario di Gesù Cristo in terra il regnante Sommo Pontefice Pio IX, il quale annuendo alla presentazione della mia umile persona fattagli da Sua Maestà il Nostro Gratosissimo Sovrano ed Imperatore Ferdinando I benignamente mi commise la cura pastorale delle unite Diocesi di Trieste e Capodistria.

Sottomettendomi quindi a sì sublime e santo incarico, tutta la mia sufficienza e dignità unicamente ripongo nelle abbondanti ricchezze della grazia di Dio; sollievo poi e conforto cerco in Voi, Dilettissimi, perchè non ignoto ritorno fra Voi, e se in altro tempo già conobbi il Vostro amore per la religione e provai tante consolazioni nel Vostro

¹⁾ Ephes. IV. 11—12.

adhaesione ad Crucem Christi perceperim, magis adhuc in virtute per Spiritum Sanctum Vos corroboratos me invenire confido, unde cum S. Paulo²⁾ *Vos adpellare audeo non jam hospites et advenas, sed cives sanctorum et domesticos Dei; supraedificatos super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.*

Juxta doctrinam ejusdem Apostoli Vos igitur super praefato fundamento coaedificamini in habitaculum Dei in Spiritu, et aedificatio super talem angularem lapidem constructa crescit in templum sanctum in Domino; unde consequitur, non esse alium finem missionis meae ad Vos, Desideratissimi, quam qui indicatur a praedicto Doctore Gentium: *ut unusquisque nostrum, qui sumus domestici Dei crescat per omnia in Christo!* — Hoc modo ego quoque me annuntio Venerabili Clero et Dilecto Popolo unitarum Dioeceseon Tergestinae et Justinopolitanae, nihil aliud quaerens quam Vestrum spirituales profectum, ac omnem meam operam convertens ad Vestram aeternam salutem, ut ambae Dioeceses, antiqua institutione et gloriosa fide jam sorores, in recenti canonica unione pares dilectione permaneant filiae ejusdem matris, Sanctae catholicae Ecclesiae.

Deus pro infinita misericordia sua non permisit, ut nos omnes, *qui eramus natura filii irae et mortui delictis et peccatis nostris*³⁾ remaneamus longe ab ipso, sed voluit monstrare abundantes divitias gratiae suae; atque ut salvetur mundus, *misit Filium suum Unigenitum, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam*⁴⁾. Apparens itaque ut lux vera, quae illuminat omnem hominem, qui venit in hunc mundum, et factus caro, ut habitaret inter nos et daret nobis potestatem, qua simus filii Dei, annuntiat se ipse Jesus Christus dicens: *Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati; omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam*⁵⁾. Ipse igitur est magister veritatis et reconciliator inter Creatorem et creaturas, qui venit *evangelizare pacem omnibus, qui longe fuerunt, et pacem iis, qui prope sunt*⁶⁾; sed quum in Sacrificio immaculato per effusionem proprii sanguinis complevisset nostram redemptionem, et ascendisset in Caelum velut Rex aeternae gloriae et noster Judex, necesse erat, ut fructus sui operis perpetuus reddatur, ac propagatio caelestis doctrinae ad omnes futuras generationes extendatur: quapropter Ipse elegit et ad hunc finem destinavit suos discipulos, ac sua propria potestate investitos sic misit in mundum: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: docentes eas servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego*

fedele attaccamento alla Croce di Cristo, più ancora spero di ritrovarvi corroborati nella virtù per mezzo dello Spirito Santo, perchè oso chiamarvi con S. Paolo²⁾ *non ospiti e peregrini, ma concittadini dei santi, che siete della famiglia di Dio; edificati sopra il fondamento degli Apostoli e dei Profeti, pietra maestra angolare essendo lo stesso Cristo Gesù.*

Secondo la dottrina dello stesso Apostolo sopra tale fondamento Voi quindi siete insieme edificati in abitacolo di Dio mediante lo Spirito, e l'edificio costruito sopra tale pietra angolare tutto insieme connesso s'innalza in tempio santo del Signore, onde consegue non essere altro lo scopo della mia missione a Voi, miei Desideratissimi, che quello segnato dal predetto Dottore delle Genti: *affinchè ciascun membro della famiglia di Dio cresca per ogni parte in Cristo!* — Con tale avviso io pure mi presento al Venerabile Clero ed al Diletto Popolo delle due unite Diocesi di Trieste e di Capodistria, null' altro cercando che il Vostro spirituale vantaggio, e tutto impiegando me stesso alla Vostra eterna salute, acciò ambedue le Diocesi, già sorelle per antica istituzione e gloriosa fede, nella recente canonica unione si conservino egualmente care figlie della medesima Madre, la Santa Chiesa Cattolica.

Iddio nella sua infinita misericordia non permise, che noi tutti, i quali *eravamo per natura figliuoli dell'ira, e morti pei delitti e peccati nostri*³⁾, restassimo lontani da lui, ma volle mostrare le abbondanti ricchezze della sua grazia; e perchè si salvi il mondo, *mandò il Figliuolo suo Unigenito, affinchè chiunque in lui crede, non perisca, ma abbia la vita eterna*⁴⁾. Manifestatosi quindi qual luce vera, che illumina ogni uomo, che viene in questo mondo, e fattosi carne, onde abitare tra di noi e dare anche a noi potere di diventare figliuoli di Dio, s'annunzia Gesù Cristo stesso dicendo: *Io a questo son nato, e a questo fine sono venuto nel mondo, per rendere testimonianza alla verità: chiunque sta per la verità, ascolta la mia voce*⁵⁾. Egli è quindi il maestro della verità ed il reconciliatore tra il Creatore e le creature, che *venne ad evangelizzare la pace a tutti, lontani e vicini*⁶⁾; ma avendo compiuto nel suo immacolato Sacrificio collo spargimento del proprio sangue la nostra redenzione, ed essendo salito al Cielo qual Re di eterna Gloria e nostro Giudice, fu d'uopo che si perpetuasse il frutto della sua opera, e l'insegnamento della celeste dottrina s'estendesse a tutte le future generazioni, onde Egli elesse ed a questo fine destinò i suoi discepoli, munendoli della propria potestà colle seguenti parole: *Andate, istruite tutte le genti, battezzandole nel nome del Padre, del Figliuolo e dello Spirito Santo: insegnando loro*

²⁾ Ephes. II, 19—22.

³⁾ Ephes. II, 1—7.

⁴⁾ Joann. III, 16—17.

⁵⁾ Joann. XVIII, 37.

⁶⁾ Ephes. II, 14. 17.

*vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.*⁷⁾ *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.*⁸⁾

Quum talis sit institutio Apostolici ministerii, pari modo omnes meae intentiones et exhortationes, omnes meae instructiones et labores directi esse debent ad conducendum Vos ad fontem divinae veritatis, per Vestram vocationem ad Fidem, ut operantes secundum eandem participes fiat is haereditatis filiorum Dei, et viventes in Christo pacem habeatis in Vobis et verum gaudium in Vestra sancta conversatione. Ast quum et mihi infimo et indigno servo divini mei Salvatoris collata sit potestas Apostolicae missionis, necessitate me sentio obstrictum, ut inviolabilem conservem istam auctoritatem, quam per me ipse exercet Salvator pro Vestra aeterna salute: ac hinc sequitur, quod omnis meus tacitus aut expressus consensus, quem praestiterim principiis sancto Evangelio oppositis, traditorem me constitueret Veritatis manifestatae de Coelo; sicuti omnis mea admissio humanorum usuum, qui mandatis Christi contradicerent, promittendo salutem, ubi divinus Magister pronuntiavit damnationem, quam maxime punibilis foret infidelitas erga Deum meum et execranda defraudatio animarum Vestrarum. Judicate itaque Vos ipsi, Dilectissimi Dioecesani, si ego aliud possim a Vobis quaerere quam reverentiam erga Auctoritatem, qua sum insignitus pro Vestra spiritali salute, submissionem erga Veritatem, quam praedicare debeo, obedientiam erga Praecepta, quae publicaturus sum; merces vero Vestrae devotionis, Vestrae fidei, Vestrique obsequii in Legem sanctam Dei Vobis praeparata est ab ipso Salvatore, qui erit quoque Vester Judex.

Juxta has paucas considerationes erit nobis quoque licitum, nostrae missioni applicare verba S. Pauli⁹⁾: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.* Sed non impediende excellentia et dignitate hujus coelestis vocationis minime in hoc jam nos justificados reputamus; qui judicat nos, Dominus est: unde participes sublimis ministerii atque gravis sollicitudinis pastoralis cum eodem Apostolo nos quoque attestamur, aequo animo nos paratos esse ad sufferentiam, *si vocemur stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo; nos infirmi, vos autem fortes; vos nobiles, nos autem ignobiles; si acciderit, ut maledicamur, benedicemus; persecutionem patientes sustinebimus; blasphemati obsecrabimus.* Reverentes igitur Vestram sapientiam, et magni aestimantes Vestras virtutes, sufferentes pariter ignorantiam multorum et plangentes caecitatem aliorum nec non perversitatem quorundam, Nos aliud desiderium non portamus quam illud, ut formetur in Vobis, Dilectissimi, spirituale aedificium, quod consurgat in gloriam templi Christi, quod fiat, ut verificetur etiam

*d'osservare tutto quello che io vi ho comandato; ed ecco che io sono con voi per tutti i giorni sino alla consumazione dei secoli.*⁷⁾ *Chi crederà e sarà battezzato, sarà salvo: chi poi non crederà, sarà condannato.*⁸⁾

Tale essendo l'istituzione dell'Apostolico ministero, certamente tutte le mie intenzioni ed esortazioni, i miei insegnamenti e le fatiche devono essere dirette a condurvi alla fonte della divina verità, chiamandovi alla Fede, affinchè operando secondo questa partecipiate dell'eredità dei figliuoli di Dio, e vivendo in Cristo, abbiate pace in Voi e vero gaudium nella Vostra santa conversazione. Essendo però anche a me infimo ed indegno servo del mio divino Salvatore conferita la potestà dell'Apostolica missione, necessariamente mi sento obbligato di conservare inviolabile quell'autorità, la quale per me esercita lo stesso Salvatore a Vostra eterna salute: e ne consegue, che ogni mio tacito od espresso consenso alle massime contrarie al santo Vangelo sarebbe un tradimento della Verità stessa manifestata dal Cielo; siccome ogni mia condiscendenza alle pratiche umane, che stessero in opposizione ai comandamenti di Cristo, promettendo salvezza dove il divino Maestro pronunciò dannazione, sarebbe la più punibile infedeltà verso il mio Dio ed un esecrando inganno alle anime Vostre. Giudicate quindi Voi stessi, Dilettissimi DioCESANI, se io possa chiedere altro da Voi che riverenza per l'Autorità, di cui sono investito a Vostra spirituale salute, umiliazione alla Verità che devo predicarvi, ubbidienza ai Precetti che vi sarò per annunciare: la mercede poi della Vostra divozione, della Vostra fede e della Vostra osservanza della santa Legge di Dio vi è assicurata dal medesimo Salvatore, il quale sarà pur Vostro Giudice.

Dietro queste semplici considerazioni ci sarà quindi lecito d'applicare anche alla nostra missione le parole di S. Paolo⁹⁾: *Così noi consideri ognuno, come ministri di Cristo e dispensatori dei misteri di Dio.* Ma non ostante l'eccellenza e la dignità di tale celeste vocazione, noi non ci crediamo per questo già giustificati; chi ci giudica è il Signore: onde partecipando del sublime ministero e della grave sollecitudine pastorale col medesimo Apostolo, noi pure protestiamo, di soffrire volentieri d'essere chiamati stolti per Cristo, e voi prudenti in Cristo; noi deboli, e voi forti; voi gloriosi, e noi disonorati; e se fossimo maledetti, benediremmo; perseguitati, avremmo pazienza; bestemmia ti, porgeremmo suppliche. Rispettando perciò la Vostra sapienza ed onorando le Vostre virtù, siccome pure tollerando l'ignoranza di molti, e compiangendo la cecità di altri, e la perversità di taluno, Noi altro desiderio non nutriamo che quello di formare in Voi, Dilettissimi, lo spirituale edificio, che s'innalzi a gloria del tempio di Cristo, affinchè si verifichi in noi tutti il frutto della fervidissima preghiera dello stesso divino Redentore, la quale

⁷⁾ Matth. XXVIII, 18—20.

⁸⁾ Marc. XVI, 16.

⁹⁾ 1. Cor. IV, 1 et seq.

in nobis omnibus fructus fervidissimae orationis, quam ipse divinus Redemptor in ultima nocte mortalis suae vitae ad suum caelestem Patrem direxit:¹⁰⁾ hoc est, *ut servati in nomine Dei et sanctificati in veritate sermonis Dei, nos credentes in Jesum Christum simus consummati in unum, sicut divinus Pater et Unigenitus Filius unum sunt; ut cognoscat mundus infinitum amorem aeterni Patris in omnes filios Adam et nos uniti cum Christo videamus claritatem ejus!*

Suffulti igitur hac validissima intercessione ipsius Filii Dei penes suum et communem Patrem totius generis humani fiduciam tenere possumus, fore ut tum Nobis in Nostro Episcopali ministerio, (*Dei*¹¹⁾ *enim sumus adjutores*), tum Vobis Dilectissimi, (*qui Dei agricultura ed aedificatio estis*) nunquam desit juvamen contra adversas potentias: veritas scilicet doctrinae contra errores humanae sapientiae, spes securae possessionis aeternorum bonorum contra persecutiones et pericula mundi, scutum Creatoris contra seductiones principis tenebrarum. Haec fiducia nunquam a Vobis potest auferri, imo semper magis firmabitur in animo Vestro, si consideratis,¹²⁾ *quod empti estis pretio magno, sanguine Dei-hominis, et accepistis Spiritum adoptionis filiorum Dei, quare et membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri.*

Hoc modo, Dilectissimi! nos evadimus domestici Dei, sed consequitur, ut *quodcumque membrum hujus Corporis crescere debeat per omnia in Christo, ac ita construaturs spirituale aedificium et consurgat in templum sanctum Domini*: opus igitur est, ut cognoscatur adhuc fundamentum hujus spiritualis aedificii, ut praeparentur fulcra ejusdem molis et indicetur fastigium constructionis, quae omnia S. Augustinus¹³⁾ comprehendit verbis: *Domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur.*

* * *

Sicut primum studium cujuscumque prudentis architecti illuc dirigitur, ut aedificium in designatione approbatum solido superstruatur fundamento, Nostra quoque praecipua diligentia coaedificandi Dilecti Gregis juxta doctrinam magni Apostoli in formam gloriosi templi Dei viventis in id tendat oportet, ut inveniatur segura et inconcussa basis desideratae constructionis: ast idem Doctor Gentium jam animadvertit,¹⁴⁾ *fundamentum aliud a nemine posse poni, praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus, sicut hic est lapis angularis spiritualis aedificii.* Ex his recte deducitur, domum Dei, cujus Fideles constituunt partes, non posse superstrui alii fundamento, quam Veritati revelatae per Jesum

egli dicesse al suo celeste Padre nell' ultima notte della mortale sua vita;¹⁰⁾ cioè, che *custoditi nel nome di Dio e santificati nella verità della parola di Dio noi credendo in Gesù Cristo siamo consummati nell' unità, come una sola cosa sono il divino Padre e l' Unigenito Figliuolo; affinché conosca il mondo l' infinito amore dell' eterno Padre verso tutti i figli d' Adamo, e noi uniti con Cristo vegliamo la Gloria sua!*

In appoggio di tale validissima intercessione dello stesso Figliuolo di Dio presso il suo ed il comune Padre di tutto il genere umano possiamo quindi con fiducia riprometterci, che tanto a Noi nel Nostro Episcopale ministero (*imperocchè*¹¹⁾ *noi siamo cooperatori di Dio*) come a Voi Dilettissimi (*che siete cultura ed edificio di Dio*) non mancherà l' assistenza contro le potenze avverse: cioè la verità nella dottrina contro gli errori dell' umana sapienza, la speranza del sicuro godimento dei beni eterni contro le persecuzioni ed i pericoli del mondo, lo scudo del Creatore contro le seduzioni del principe delle tenebre. Questa fiducia non può mai esservi tolta, anzi riceverà sempre maggiore fermezza nell' animo Vostro, se considerate,¹²⁾ *che siete stati comperati a caro prezzo, col sangue dell' Uomo - Dio, ed avete ricevuto lo spirito di adozione in figliuoli di Dio, onde le vostre membra sono tempio dello Spirito Santo, il quale è in voi, ed è stato a voi dato da Dio, sicchè non siete di voi stessi.*

In questa guisa, Dilettissimi, noi formiamo la famiglia di Dio, ma ne viene di conseguenza che ciascun membro debba crescere in ogni parte in Cristo, perchè sia costruito lo spirituale edificio e s' innalzi a tempio santo del Signore: resta quindi di conoscere il fondamento di questo spirituale edificio, di trovarne il sostegno e di vederne il fastigio, e tutto ciò ci insegna S. Agostino colle parole:¹³⁾ *La casa di Dio credendo si fonda, sperando s' innalza, amando si compie.*

* * *

Essendo il primo pensiero d' ogni prudente architetto nel costruire la fabbrica secondo l' approvato disegno, di porre solide fondamenta, necessariamente anche il Nostro principale studio nel formare del Diletto Gregge nel senso del grande Apostolo un glorioso tempio di Dio vivente, deve essere diretto a trovarne sicura ed inconcussa base: ma già ci avverte lo stesso Dottore delle Genti,¹⁴⁾ *che altro fondamento non può gettare chiechessia fuori di quello che è stato gettato, ch' è Cristo Gesù, siccome questi è parimente la pietra angolare dello spirituale edificio.* Ne si deduce retamente, che la casa di Dio, di cui i Fedeli costituiscono le parti, non possa avere altro fonda-

¹⁰⁾ Joann. XVII, 11—24.

¹¹⁾ 1. Cor. III, 9.

¹²⁾ 1. Cor. VI, 19—20 et Rom. VIII, 15.

¹³⁾ S. Aug., de verb. Ap.

¹⁴⁾ 1. Cor. III, 11.

Christum, imo potius Illi ipsi qua Verbo divino manifestato in Carne. En haec ipsa est Veritas, quam anhelabant Patriarchae circumdati tenebris idolatriae; haec Sapientia quam inquirebant philosophi in scholis et solitudinibus; haec Lux, quam aspiciabant Prophetæ in visionibus futurae beatitudinis; hoc praeconium pacis, gaudii, gloriae, quod proclamabant Apostoli; hic Liber dictatus ab ipso Spiritu Dei, sanctum Evangelium.

Stabilita hunc in modum basi, super qua construendum est templum Dei, quisque percipit esse *Fidem in Christum*, super qua homo mortalis se erigit ad aeternitatem vitae et consequitur haereditatem coelestis Paradisi; nec potest esse dubium circa infallibilitatem credendarum veritatum ac circa genuinum sensum doctrinae evangelicae, si consideratur infinita Sapientia et Sanctitas ipsius divini Magistri, et examinatur modus, quo disposita fuit successiva praedicatio doctrinae salutis. Enimvero Jesus Christus antequam ascenderet ad caelestem gloriam pro semetipso substituit Pastorem universi gregis, eidemque concessit omnes facultates necessarias ad spirituale regimen omnis populi et omnis linguae in toto mundo; quapropter convertens nomen Apostoli sui Simonis, ei dixit:¹⁵⁾ *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalerunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum: et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.* — ¹⁶⁾ *pasce agnos meos; Pasce oves meas.*

Iusta igitur de causa SS. Patres semper considerabant Cathedram S. Petri velut Matrem et Magistram omnium ecclesiarum, quacum uniti omnes reliqui Episcopi Orbis catholici ac constituentes juxta talem formam Apostolicum Magisterium exultant de certitudine victoriae super quascumque infernales potentias, et super errores odiumque saeculi. Fideles itaque unicae, verae et catholicae Ecclesiae superfluum ducunt timorem, ut purae aquae salientes ex fonte divinae Revelationis unquam turbidentur squalore falsae doctrinae, quum caelestis Rex, qui luce aeterna terram illuminavit, dansque se ipsum in praedam mortis vicit mortem, ac relinquens vitam revixit et dedit vitam immortalem, promiserit divinum suum adjutorium dicens dilectis discipulis suis:¹⁷⁾ *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.* ¹⁸⁾ *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit.* — Consolatus est postea afflictos Apostolos ad finem terrestri suae conversationis, dicens:¹⁹⁾ *Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum. Quum ego abiero, mittam ad vos Paraclitum, Spiritum veritatis, qui vos docebit omnem veritatem, propterea*

mento, che la Verità rivelata in Gesù Cristo, anzi Lui stesso qual Verbo divino manifestatosi in Carne. Questa è la Verità che sospirarono i Patriarchi circondati dalle tenebre dell'idolatria; questa la Sapientia che cercarono i filosofi nelle scuole e nei romitaggi; questa la Luce che videro i Profeti nelle visioni del beato avvenire; questo l'annuncio della pace, della gioia, della gloria, che pubblicarono gli Apostoli; questo il Libro dettato dallo stesso Spirito di Dio, il santo Evangelio.

Stabilita in tal modo la base del santo tempio di Dio, ognuno vede essere la *Fede in Cristo*, sulla quale l'uomo mortale s'innalza all'eternità della vita, e raggiunge l'eredità del celeste paradiso; nè vi può essere dubbio sull'infallibilità della credenza e sul genuino senso della dottrina evangelica, se si consideri l'infinita Sapientia e Santità dello stesso divino Maestro, e si ponga mente al modo, con cui fu ordinato il successivo insegnamento della dottrina di salute. Infatti Gesù Cristo prima d'ascendere alla celeste Gloria sostituì a sè medesimo il Pastore dell'universo gregge, e gli concedette tutte le facoltà necessarie allo spirituale governo d'ogni popolo e d'ogni lingua in tutto il mondo: imperocchè cangiando al suo Apostolo Simone il nome, gli disse:¹⁵⁾ *Tu sei Pietro e sopra questa pietra edificherò la mia Chiesa, e le porte dell'inferno non avranno forza contro di lei. E a te io darò le chiavi del regno dei cieli, e qualunque cosa avrai legata sopra la terra, sarà legata anche nei cieli, e qualunque cosa avrai sciolta sopra la terra, sarà sciolta anche nei cieli.* — ¹⁶⁾ *Pasci i miei agnelli, pasci le mie pecorelle.*

Giustamente quindi i SS. Padri sempre risguardarono la Cattedra di S. Pietro qual madre e maestra di tutte le altre chiese, colla quale uniti tutti i Vescovi dell'Orbe cattolico e formando in tal guisa il Magistero Apostolico esultano per la certezza della vittoria sopra tutte le infernali potenze, e sopra gli errori e l'odio del secolo. Fedeli dell'unica vera e cattolica Chiesa, perciò reputano superfluo il timore, che mai potesse essere intorbidata da falsa dottrina la pura sorgente della divina Rivelazione, perchè il celeste Re, che illuminò la terra colla luce eterna, e vinse la morte dandosi in preda alla morte, e lasciando la vita rivisse e diede vita immortale, promise la divina sua assistenza, così assicurando i suoi diletti discepoli:¹⁷⁾ *Ecce che io sono con voi per tutti i giorni sino alla consumazione dei secoli.* — ¹⁸⁾ *Chi ascolta voi, ascolta me, e chi voi disprezza, disprezza me.* — Consolò poi gli afflitti Apostoli alla fine della sua terrestre conversazione colle parole:¹⁹⁾ *Io pregherò il Padre, e vi darà un altro Avvocato, affinchè resti con voi eternamente. Quando io me ne sarò andato, vi manderò il Paraclito, lo Spirito di verità, che vi insegnerà tutte le verità: ed è*

¹⁵⁾ Matth. XVI, 18—20.

¹⁶⁾ Joann. XXI, 15—17.

¹⁷⁾ Matth. XXVIII, 20.

¹⁸⁾ Luc. X, 16.

¹⁹⁾ Joann. XIV, 16 et XVI, 7. 13.

idem Salvator alio loco declaravit²⁰⁾: *Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.*

Beati igitur Vos, Dilectissimi Dioecesani, qui scilicet constituitis partem hujus sanctae societatis, estisque membra Ecclesiae, quam ipse fundator Jesus Christus commisit regendam Vicario suo, Romano Pontifici, Ecclesiae dico, quam Lactantius²¹⁾ vocat *fontem veritatis, domicilium fidei, templum Dei, quo si quis non intraverit, et a quo si quis exiverit, a spe vitae aeternae alienus est*; animadvertens etiam S. Cyprianus,²²⁾ *quod habere non possit Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem.* Gratias igitur agite divinae Misericordiae, quae ab his jucundis litoribus depulit tenebras ethnicorum atque finem imposuit sanguinolentis sacrificiis idolatriae jam primis saeculis salutis christianae; quae his Sedibus Episcopalibus servavit gloriam et utilitatem Apostolici ministerii; quae has terras non minus ab atrocitate inimici temporalis prosperitatis defendit quam a falsis prophetis et mendacibus magistris humanae sapientiae! Eodem tempore dirigite ad thronum Omnipotentis Dei Vestras preces, et invoke vestros sanctos Patronos et Protectores triumphantes, ut haec Fides acquisita sanguine Vestrorum Martyrum, confirmetur in Vobis, et fortes Vos reddat ad luctandum cum mundo, quo fiat, ut sitis parati ad perdendum omnes thesauros terrae, amoenitates vitae et quodcumque transitorium bonum, imo vitam ipsam, dummodo servetur *Fides velut fundamentum spei immortalis.*

Certi autem, Dilectissimi, de Veritate et innixi infallibili Judicio Ecclesiae Jesu Christi, semper rectae et adjectae a Spiritu Sancto, non est cur timeatis, ne templum Domini ruat deficiente solido fundamento, aut caelesti doctrinae immisceantur humanae mentis inventiones: ast Vestrum studium ad id converti debet, ut etiam Vos juxta praefixam regulam exstruatis spirituale aedificium, et quanto magis hoc in altum extollitur, eo firmitus sit fultum, ut fluctus maris non rodant muros et venti non concutiant parietes, ac ita praecipitet aedes. Omnis *Vestra Spes* quietae commorationis, beatæ pacis, futurae prosperitatis, et veri boni, quod expectatis a domo Domini, certe evanesceret, si Vos ipsi, ex quibus connexum est spirituale templum Dei, non essetis praediti fortitudine ad resistendum adversis potentiis et tentationibus mundi; imo extra omnem salutem poneremini, si dimoto lapide angulari, qui est Christus ipse, nulla basis Vobis remaneret, super qua illaesa persistat expectatio beatæ aeternitatis.

Sicut Apostoli, qui solummodo in praesentia divini Magistri se credebant securos et extrema tristitia erant oppressi ad nuntium separationis ab Eodem,²³⁾ etiam nos opus habemus caelestis auxilii, ut *simus custoditi a malo et habeamus gloriam, quae data erat eidem nostro Salvatore*; et ad hanc

perciò che il medesimo Salvatore soggiunse in altra occasione: ²⁰⁾ *Chi non ascolta la Chiesa, abbilo in conto di gentile e di pubblicano.*

Beati quindi Voi, Dilettissimi Diocesani, che formate parte di questa santa società, e siete membri della Chiesa affidata dallo stesso fondatore Gesù Cristo al suo Vicario, il Romano Pontefice, di quella Chiesa, che Lattanzio²¹⁾ chiama *fonte di verità, domicilio di fede, tempio di Dio, e chi non vi entrasse o vi sortisse, sarà privo della speranza di vita eterna*; osservando anche S. Cipriano,²²⁾ *che non può avere Dio per padre, chi non ha la Chiesa per madre.* Ringraziatene quindi la divina Misericordia, che bandì da queste belle spiagge le tenebre del paganesimo e fece cessare i sanguinosi sacrifici dell'idolatria già nei primi secoli dell'era cristiana; che conservò a queste Sedi Vescovili la gloria e il vantaggio dell'Apostolico ministero; che difese queste terre non meno da fieri nemici della temporale prosperità che da falsi profeti e mendaci maestri dell'umana sapienza! Nello stesso tempo innalzate al trono dell'Onnipotente le Vostre preci ed invoke i Vostri santi Patroni e Protettori trionfanti, affinchè questa Fede acquistata col sangue dei Vostri Martiri sia confermata in Voi e Vi renda forti a sostenere la dura lotta col mondo, facendovi disposti a perdere anche i tesori della terra, le gioie ed ogni fugace bene, anzi la vita stessa, purchè conserviate la *Fede, fondamento d'immortali speranze.*

Sicuri pertanto, Dilettissimi, della Verità, ed appoggiati all'infallibile Giudizio della Chiesa di Gesù Cristo, sempre retta ed assistita dallo Spirito Santo, non potete mai temere, che al tempio del Signore manchi solido fondamento, o che la celeste dottrina si confonda colle invenzioni della mente umana: vi è però d'uopo considerare, che Voi pur costruite regolarmente lo spirituale edificio, il quale quanto più in alto si estolle, tanto più forte domanda il sostegno, affinchè i flutti del mare non corrodano i muri, ed i venti non ismuovano le pareti, e la fabbrica non precipiti. Ogni *Vostra Speranza* di quieto soggiorno, di beata pace, di felice avvenire e di verace bene che Vi promettete nella casa del Signore, dovrebbe svanire, ove Voi stessi, che formate le parti dello spirituale tempio di Dio, non avreste la forza di resistere alle avverse potenze ed alle tentazioni del mondo, anzi fuori d'ogni salvamento Vi trovereste, se smossa la pietra angolare, che è Gesù Cristo stesso, Voi più non avrete base, sulla quale rimanesse illesa l'aspettazione d'una beata eternità.

A guisa degli Apostoli, i quali soltanto nella presenza del divino Maestro si trovavano sicuri, e d'estrema afflizione si sentivano oppressi all'annuncio di aversi a separare da Lui,²³⁾ abbiamo anche noi bisogno della celeste assistenza, per essere guardati dal male ed avere la gloria, che

²⁰⁾ Matth. XV/III, 17.

²¹⁾ Lactant. L. IV, de vera sapient.

²²⁾ Cypr. L. de unit. Eccl.

²³⁾ Joan. XV/II, 11—12.

fiduciam ipse Jesus excitabat suos discipulos verbis plenae consolationis: ²⁴⁾ *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo; petite et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.* Hac certissima promissione confortato Cristiano amplius non licet timere aggressionem infernalis inimici, non pavescere ad insidias iniquae potestatis, non trepidare ad pericula inopinati praecipitii: imo malum ille amplius non sentiet, quum cor fuerit repletum consolatione et jubilo, quandocumque *in nomine Jesu* dirigat preces ad thronum divinae Misericordiae. Si tamen quidam fors dubitaret de efficacia orationis praedicto modo factae, de hac re sibi persuadeat ex testimonio heroum, qui magnum nomen sibi acquisierunt in campo longi et duri certaminis inter sapientiam divinam et philosophiam humanam, inter humilitatem Crucis et vanitatem saeculi, inter virtutem spiritus et concupiscentiam carnis: loquor de viris, qui contempti a mundo parabant sibi gloriam, aestimati infelices fruebantur omni jucunditate, conversantes in paupertate nulla re indigebant, sicut egregie se exprimit quidam Pater S. Ecclesiae: ²⁵⁾ *Magna enimvero armatura Oratio, thesaurus indeficiens, divitiae nunquam exhaustae, portus tranquillus, tranquillitatis fundamentum, et innumerorum bonorum radix et fons et mater est oratio et ipso regno potentior.* — Idem Anachoreta prosequitur in enumerandis specialibus effectibus orationis: *in hac ipse reponit rei familiaris administrationem, rectam juris legumque constitutionem, regni potentiam, trophaeum belli, tutelam pacis. Orationem ipse vocat virginitatis sigillum, fidem nuptiarum, viatorum praesidium, dormientium custodem, evigilantium confidentiam, agricolarum fertilitatem, navigantium salutem; insuper orationem ille considerat reorum patronam, victorum relaxationem, moerentium consolationem, laetantium jucunditatem, lugentium solamen, conjugum coronam, morientium sepulturam!*

Si tamen, Carissimi! jam *fundati in Fide* et *innixi Spei* in nomine Jesu Christi partem constituitis spiritualis aedificii Domini, ad Vestram perfectionem adhuc deesset essentialis Virtus, scilicet *Charitas*, sicut observat S. Paulus: ²⁶⁾ *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria haec: major autem horum est charitas.* Imo idem Apostolus scribit: ²⁷⁾ *Et si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.*

era data allo stesso nostro Salvatore; ed ecco a tale fiducia eccita Gesù i suoi discepoli, così confortandoli: ²⁴⁾ *In verità, in verità vi dico, che qualunque cosa domandiate al Padre nel nome mio, ve la concederà. Fino adesso non avete chiesto cosa nel nome mio: chiedete ed otterrete, affinché il vostro gaudio sia compiuto.* Dietro tale assicurazione certamente il Cristiano non può più temere l'assalto dell'infernale nemico, non paventare le insidiose aggressioni di iniqua potenza, non tremare dai pericoli d'inopinato precipizio, anzi non conoscerà il male, perchè il cuore sarà riempito di consolazione e di giubilo, qualora *nel nome di Gesù* innalza le sue preghiere al trono della divina Misericordia. Se mai però a qualcheduno insorgesse il dubbio su tale efficacia dell'orazione fatta nel modo accennato, se ne persuada sulla testimonianza di quei grandi eroi sul campo del lungo e duro combattimento tra la sapienza divina e la filosofia umana, tra l'umiltà della Croce e la vanità del secolo, tra la virtù dello spirito e la concupiscenza della carne: parlo degli uomini, i quali sprezzati dal mondo s'acquistarono gloria, creduti infelici, godevano tutte le contentezze, apparivano poveri, ma di nulla abbisognavano, come egregiamente si esprime un Padre della Santa Chiesa: ²⁵⁾ *Grande armatura invero è l'orazione, tesoro indeficiente, ricchezza inesausta, porto tranquillo, fondamento di sicurezza; e d'innumerevoli beni radice e fonte e madre è la preghiera, e più potente dello scettro reale.* Prosegue poi il medesimo pio Anacoreta ad enumerare tutti i particolari effetti dell'orazione: *in essa egli ripone la retta amministrazione delle cose domestiche, la giusta costituzione delle sociali relazioni, la potenza dei regni, il trofeo della guerra, la tutela della pace. L'orazione egli chiama il sigillo della verginità, la fede delle nozze, il presidio dei viandanti, la guardia dei dormienti, la confidenza dei veglianti, l'abbondanza degli agricoltori, la salvezza dei naviganti; l'orazione egli considera qual patrona dei rei, refrigerio dei vinti, consolazione degli afflitti; la chiama la gioia dei lieti, il conforto dei piangenti, la corona dei coniugi, la sepoltura dei morienti!*

Se però, Dilettissimi, già *fondati sulla Fede* ed *appoggiati alla Speranza*, nel nome di Gesù Cristo formate parte dello spirituale edificio del Signore, vi mancherebbe alla Vostra perfezione ancora la più essenziale virtù, la *Carità*, imperocchè v'avverte S. Paolo: ²⁶⁾ *Ora resta la fede, la speranza, la carità, queste tre cose: la più grande però di queste è la Carità.* Anzi lo stesso Apostolo scrive: ²⁷⁾ *Quando io avessi la profezia, e intendessi tutti i misteri e tutto lo scibile, o quando avessi tutta la fede talmente che trasportassi le montagne, se non ho la carità, sono un niente.*

²⁴⁾ Joan. XVI, 23—24.

²⁵⁾ Ephraem., de Orat.

²⁶⁾ 1. Cor. XVIII, 13.

²⁷⁾ 1. Cor. XIII, 2.

Enimvero divinus Magister Charitatem qua fundamentum posuit regni sui, expresse declarans, quod in dilectione Dei ex toto corde et in tota anima, et proximi sicut seipsum universa lex pendet et prophetae; ²⁸⁾ ac significavit Apostolis suis: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* ²⁹⁾. Domestici Dei reciproca dilectione distinguantur oportet a reliquis, imo hoc est signum characteristicum discipulorum Jesu Christi: similiter domus Dei fundata in Fide et firmata in Spe, insignita debet esse Charitate.

Mandatum amoris christiani vero novum vocatur, incognitum mundo, qui simulando benevolentiam propriam utilitatem quaerit, celebrando generositatem propriam infirmitatem tegit, dividendo beneficia aliorum sudoribus suum agrum colit; est mandatum novum, quod non debet confundi cum decantata philanthropia hodiernae philosophiae, quae distribuit bona, ast sibi meliora servat, auxilia praestat, ast nulla in his patitur detrimenta. Charitas evangelica est ille fraternus sensus natus ex vera aestimatione humanae dignitatis, quae universum mundum amplectitur, non distinguens nationem, neque originem, neque conditionem, neque aetatem, neque linguam; est amor, qui nihil possidens aliis bona incorruptibilia subministrat, cedensque thesauros terrestres ditiores se credit; est pietas, quae dextera manu porrigit eleemosynam, ast nihil de hoc sapit sinistra; est venia, quae praebet alteram maxillam, si quis percusserit in dexteram, quae dimittit et pallium, si quis tollat tunicam; quae benefacit inimicis atque *orat pro persequentibus et calumniantibus* ³⁰⁾. Recte igitur exclamat quidam S. Ecclesiae Pater: ³¹⁾ *Per charitatem maledictio sublata est, et paradisos apertus, vita manifestata, regnumque caelorum annunciatum; haec civitates in solitudinibus constituit; haec montes et speluncas dulci psalmorum concentu replevit, haec homines angelos effecit!* Talis igitur debet esse verus character discipuli Jesu Christi, ac sine hac flamma caelestis charitatis impossibilis est unio hominis cum Salvatore suo, propterea vana omnis spes participandae haereditatis cum Filio Dei; vana Fides, per quam sumus vocati ad Regnum Dei. Dilectio fraterna in sensu evangelico considerata, est virtus in aeternum duratura, quae constituet carissimum et sanctum vinculum Beatorum in gloria Paradisi, sicut docet Apostolus: ³²⁾ *Charitas nunquam excidit, sive prophetiae evacuabuntur, sive scientia destruetur. Nunc per speculum in aenigmate videmus res aeternas; ex parte nunc cognoscimus veritatem, et ex parte prophetamus: quum autem apparuerit nostris oculis gloria immortalis Sanctorum, et nobis ipsis, postquam pri-*

Infatti il divino Maestro stabilì la Carità qual base del suo regno, dichiarando espressamente, che nell'amare Iddio sopra ogni cosa, e il prossimo come se stessi è compresa tutta la legge ed i Profeti; ²⁸⁾ e disse ai suoi Apostoli: *Un nuovo comandamento do a voi: che vi amiate l'un l'altro, come io vi ho amati. Da questo conosceranno tutti, che siete miei discepoli, se avrete amore l'uno per l'altro* ²⁹⁾. La famiglia di Dio deve quindi distinguersi nell'amore, anzi questo è il segno caratteristico dei discepoli di Gesù Cristo: similmente la casa di Dio fondata sulla Fede e sostenuta dalla Speranza, per sua insegna deve avere la Carità.

Il precetto dell'amore cristiano è però chiamato nuovo, non conosciuto dal mondo, che simulando benevolenza cerca il proprio vantaggio, vantando generosità nasconde la propria debolezza, spargendo beneficenze coi sudori altrui il proprio campo coltiva; è un comandamento nuovo, che non è pure confondibile colla decantata filantropia dei moderni, la quale divide i beni, ma a sé i migliori riserva, presta soccorsi, ma non ne fa sacrifici. La Carità del S. Vangelo è quel fraterno sentimento nato dalla vera stima dell'umana dignità, che abbraccia il mondo universo, non distinguendo nè nazione, nè origine, nè condizione, nè età, nè lingua; è quell'amore che, nulla possedendo, ad altrui beni incorruttibili somministra, e cedendo i tesori terrestri, più ricco si sente; è quella pietà, che fa limosina colla destra, ma nulla ne sa la sinistra; è quel perdono, che presenta la guancia manca a chi percuote la destra, che cede anche il mantello a chi toglie la tonaca, che sul nemico cumula beneficenze, *e pel persecutore e calunniatore implora grazia dal Cielo* ³⁰⁾. Onde a ragione esclama un S. Padre: ³¹⁾ *Per la Carità venne levata la maledizione ed aperto il paradiso, manifestata la vita ed annunziato il regno dei Cieli: questa fabbricò città nelle solitudini, questa empì i monti e le spelonche di dolce armonia dei sacri canti, questa trasformò in angeli gli uomini!* Tale quindi deve essere il vero carattere del discepolo di Gesù Cristo, e senza questa fiamma di celeste carità è impossibile l'unione dell'uomo col suo Salvatore, e per conseguenza vana ogni speranza d'essere coerede del divino Figliuolo; inutile la Fede, per cui siamo chiamati al Regno di Dio. L'amor fraterno nel senso del S. Vangelo è la virtù che durerà eternamente e sarà il più caro e santo vincolo dei Beati nella gloria del Paradiso, come insegna l'Apostolo: ³²⁾ *La Carità non viene meno giammai, ma le profezie passeranno e la scienza sarà abolita. Noi adesso veggiamo le cose eterne a traverso d'uno specchio per enimma, ora conosciamo la verità in parte ed imperfettamente profetiamo: ma quando sarà aperta ai nostri occhi*

²⁸⁾ Matth. XXII, 37—40.

²⁹⁾ Joan. XIII, 34—35.

³⁰⁾ Matth. V, 39—44.

³¹⁾ Ephraem. de Charitate.

³²⁾ 1. Cor. VIII, 8.

Erratum-Corrige.

Pag. 8. col. I. post ultimam lineam adde:

... *mum coelum et prima terra abierit, videre licuerit novum* ...

mum caelum et novam terram, ³³⁾ *et nos vocati ad tabernaculum Dei adscripti fuerimus ejus Populo —, tunc nobis concedetur, ut facie ad faciem videamus incomprehensibilem et inenarrabilem majestatem et sapientiam et sacritatem Dei Creatoris, et mysteria Religionis Christi clare cognoscentur et quod sperabatur obtinget, et quod praedictum erat, adimplebitur: remanebit Charitas, aeternum vinculum Populi, quocum habitabit Deus, illuminans claritate sua Civitatem sanctam, novam Jerusalem! —*

Nunc ad Vos praecipue dirigimus verba, Venerabiles Ministri Altaris! Vestrisque curis committimus constructionem spiritualis aedificii juxta modum et formam, qua templum Dei componi decet. A Vobis imprimis, Reverendissimi Dignitarii et Canonici unitarum Cathedrarum Tergestinae et Justinopolitanae, qui distincti officio et honore praecedentes, proximi etiam estis Nostrae personae, petimus probum, pium et benevolum auxilium, ut Nostra mandata semper intelligantur eo sensu, quo ad promovendum bonum spirituale animati sumus; ut fungentes Nostro sancto ministerio adjuvemur Vestris integris et prudentibus consiliis, ut tandem exercitium muneris Episcopalis obsecundetur prompta et exacta executione. Ad Vos pariter, dignissimi Parochi unitarum Dioeceseon, a quorum doctrina, pietate, et zelo Noster Grex tum in frequentatis urbibus tum in dispersis vicis expectat panem caelestem; similiter ad Vos alios amatissimos Sacerdotes, qui vocati estis in eandem sortem aut occupantes Vos in ministerio verbi, aut dispensantes mysteria fidei, aut dedicantes Vos cum sancto amore scholasticae instructioni juventutis, ad Vos omnes dirigimus Nostras fervidissimas commendationes, seriasque exhortationes, ut invigiletis animis easque defendatis a rapacitate violenti inimici pariterque abducatis ab insidiis latentis raptoris. Praecipuam sollicitudinem, attentionem et affectum tamen meretur tenera aetas: haec in semet ipsa tenet pretiosissimas gemmas, portatque in fecundo sinu semen pulcherrimorum fructuum humanae intelligentiae et moralis perfectionis: omnes amoenitates, consolationes, prosperitas, pax et quodcumque bonum rei familiaris ac publicae societatis ab explicandis et colendis his mollibus germinibus humanae generationis dependent, laetusque effectus a Vobis expectatur, qui instructionem elementarem et juvenilem educationem Vobis assumpsistis.

Fundamentum commemoratae felicitatis repositum est unice in firma, constanti et viva Fide, atque hic sincerus humilisque assensus praestitus divinae Revelationi mortalibus certa exhibet indi-

l'immortale gloria dei Santi, e noi stessi, passato il primo Cielo e la prima terra, vedremo il nuovo cielo e la nuova terra e saremo chiamati al tabernacolo di Dio, annoverati al suo popolo, ³³⁾ *allora ci sarà dato di contemplare faccia a faccia l'incomprendibile e inenarrabile maestà e sapienza e santità di Dio Creatore, ed i misteri della Religione di Cristo si scioglieranno in chiara conoscenza, e la speranza sarà convertita in godimento, e le profezie saranno adempiute: resterà la Carità, qual eterno vincolo del Popolo, con cui abiterà Dio, illuminando col suo splendore la città santa, la nuova Gerusalemme! —*

Ora ci rivolgiamo particolarmente a Voi, Venerandi Ministri dell'Altare, ed alle Vostre cure commettiamo la costruzione dello spirituale edificio nel modo e nella forma in cui vuol essere fabbricato il tempio di Dio. A Voi principalmente, Reverendissimi Dignitari e Canonici delle unite Cattedre di Trieste e di Capodistria, che distinti per officio ed onorati per precedenza, siete anche prossimi alla Nostra persona, dimandiamo leale, pia e benevola assistenza, affinchè le Nostre intenzioni siano sempre conosciute nel senso di promuovere lo spirituale vantaggio dei fedeli, affinchè le funzioni del santo Nostro ministero sieno sorrette dai Vostri retti e prudenti consigli, ed affinchè l'esercizio della potestà Vescovile sia secondato da pronta ed esatta esecuzione. A Voi, parimente, degnissimi Parrochi delle due unite Diocesi, dalla cui dottrina, pietà e zelo il Nostro Gregge nelle popolate città e nelle disperse ville attende il pane del Cielo; e similmente a voi altri, amatissimi Sacerdoti, che siete destinati a partecipare delle medesime cure, od occupandovi nel ministero della parola, o dispensando i misteri della Fede, o dedicandovi con santo amore all'istruzione scolastica della gioventù, a Voi tutti dirigiamo le Nostre più fervide raccomandazioni, le Nostre serie esortazioni di vegliare sulle anime e di difenderle dalla rapacità del violento nemico, e in pari tempo di allontanarle dalle insidie del nascosto rapitore. Particolare sollecitudine, attenzione ed affetto però merita la tenera età: questa conserva in sè le più preziose gemme, e nel fecondo seno porta il seme dei più bei frutti dell'umana intelligenza e della morale perfezione: le gioie, le consolazioni, la prosperità, la pace ed ogni bene della vita domestica e della pubblica società dipende dallo sviluppo e dalla coltivazione di questi delicati germi dell'umana generazione, e un felice risultato s'attende da Voi che vi siete assunta l'istruzione elementare e l'educazione giovanile.

Il fondamento dell'accennata felicità è riposto unicamente nella ferma, costante e viva Fede, e questo sincero ed umile assenso alla divina Rivelazione garantisce ai mortali gli indicati beni della

³³⁾ Apos. XXI, 1 et seg.

cata bona domus Domini; ast aeterna Veritas commissa infallibili Magisterio Sanctae Ecclesiae, praedicanda est a Sacerdotibus, qui propterea illa sublimi et caelesti doctrina imbuti sint oportet, quae mentem fulgore profanae eruditionis obcoecatam illustrare, et corrigere valeat iudicium superba philosophia corruptum. Quapropter observat Propheta: ³⁴⁾ *Labia Sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus.* Quam necessaria sit haec dos, considerare sufficiet illam mollem sapientiam nostrorum temporum, quae omne serium studium fastidians veritatem vellet confundere cum errore, atque jucundo nomine propriam ignaviam tegens ad perniciosam indifferentiam religiosam conducit: hac ex causa severum iudicium ab ipso Domino pronunciatum est super Sacerdotem, qui neglexerit propriam eruditionem in sacris paginis: ³⁵⁾ *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.*

Insuper requiritur, ut scientiam sacri Ministri concomitet pietas, devotio, integritas vitae, et omnes virtutes christianae conversationis, quum mores Sacerdotis exemplo sint oportet Fidelibus: eo magis igitur ipse sibi applicabit exhortationem Principis Apostolorum, ³⁶⁾ *ut habeat bonam conscientiam*, ac ita fiat, Fratres Carissimi! *ut in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem.* Sacerdos ut cum fructu operetur et salvet propriam famam, plenus sit necesse est illo sancto amore, qui nihili aestimet terrestrem peregrinationem, sed vestitus carne jam in caelo moretur; qui minime timeat adversitates saeculi et iram furentis inimici, sed certamen suum pro veritate et iustitia Deo committat et ab eodem expectet victoriam; qui non curet vanitatem mundi et triumphos malitiae, sed igne divino accendat proprium cor, aliosque inflammet ad quaerendos thesauros caelestes; qui illuminatus radiis veritatis alios illuminet, liber a culpis alios a peccatis purget; justificatus per sanguinem Jesu Christi alios Deo reconciliet in sanctis Sacramentis; sanctificatus Spiritu divino, Spiritum sanctum aliis communicet! Adjungantur verba S. Pauli ad suum dilectum Titum: ³⁷⁾ *In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate; verbum sanum, irreprehensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.*

Tandem etiam Vos omnes Carissimos Nostros Dioecesanos paterno cum affectu serio admonemus, ut digne coversemini in facie Dei Omnipotentis, Vosque persuasos esse cupimus, amodo vi-

casa del Signore; ma l'eterna Verità affidata all'infallibile Magistero della Santa Chiesa, dev' essere annunziata dai Sacerdoti, dai quali quindi si chiede quella sublime e celeste dottrina, che valga ad illustrare la mente abbarbagliata dallo splendore della profana erudizione ed a rettificare il giudizio corrotto dalla superba filosofia. Laonde avverte il Profeta: ³⁴⁾ *Le labbra del Sacerdote custodiscono la scienza, e dalla bocca di lui s'attende l'insegnamento della legge.* Quanto sia necessario tale requisito, basta considerare quella neghittosa sapienza dei nostri giorni, che abbandonando ogni serio studio, la verità vorrebbe confondere coll'errore, e di speizioso nome cuoprendo la propria ignavia, alla pernicioso indifferenza di religione conduce; onde severo giudizio viene pronunziato dallo stesso Signore sul Sacerdote che neglige d'istruirsi nelle sacre pagine: ³⁵⁾ *Poichè tu hai rigettata la scienza, io pure rigetterò te dal Sacerdozio.*

Occorre ancora, che la scienza del sacro Ministro sia accompagnata dalla pietà, divozione, integrità dei costumi, e da tutte le virtù della cristiana conversazione, imperocchè la vita del Sacerdote dev' essere lo specchio dei Fedeli: quindi tanto più egli deve applicare a sè stesso l'esortazione del Principe degli Apostoli, ³⁶⁾ *di conservare sempre buona coscienza: acciò invece che sparlino di Voi, Confratelli Amatissimi, rimangano confusi quelli che appuntano la buona vostra maniera di vivere secondo Cristo.* Il Sacerdote per operare con frutto e salvare la propria riputazione dev' essere animato da quel santo amore, che nulla curi il terrestre soggiorno, ma vestito di carne, già in cielo conversi; che nulla tema le avversità del mondo, e l'ira del furioso nemico, ma il suo combattimento per la verità e la giustizia a Dio commetta e da lui attenda vittoria; che nulla preghi la vanità del secolo ed i trionfi del vizio, ma col fuoco divino accenda il proprio cuore ed infiammi gli altri a cercare tesori celesti; che illuminato dai raggi della verità illumini gli altri, libero da colpe purghi altrui dai peccati; giustificato nel sangue di Gesù Cristo riconcili nei santi Sacramenti gli altri, santificato dallo Spirito di Dio, lo Spirito Santo agli altri comunichi! Aggiungansi le parole di S. Paolo al suo diletto Tito: ³⁷⁾ *In tutte le cose fa vedere te stesso modello del ben fare, nella dottrina, nella purità de' costumi, nella gravità; il tuo discorso sia sano, e irreprehensibile talmente, che l'avversario sia confuso non avendo nulla a dir di noi.*

Finalmente anche a Voi tutti, Nostri Carissimi Diocesani, dirigiamo con paterno affetto le più serie raccomandazioni di conversare degnamente dinanzi a Dio Onnipotente, assicurandovi che la

³⁴⁾ Malach. II, 7.

³⁵⁾ Oseae IV, 6.

³⁶⁾ 1. Petr. III, 15—16.

³⁷⁾ Tit. II, 7—8.

tam Nostram Salutē Vestrae unice dicatam esse, quapropter et cor Nostrum juxta Vestras gratas aut ingratas animi commotiones palpitabit: Vestrum gaudium etiam Nostram frontem serenam reddet, Vester vero dolor afflictione quoque Nostrum peccatus adimplebit. Communis est finis, ad quem tendere debemus, communeque praemium nobis praeparatum est in meliori patria; ast quod Nos attinet, major sane sit oportet eritque sollicitudo et labor directus ad salvandum universum gregem Pastoralibus curis Nostris commissum. Ideo petimus, ut Nos benigne excipere, Nobis voluntaria promptitudine obtemperare, Nostrisque conaminibus Vestram diligentem operam adjungere velitis; fervide igitur exhortamur parentes, ut filios suos qua pignus divinae Bonitatis considerent, quod aemule custodiatu necesse est, conserveturque in Gratia, per quam omnis humana creatura sanctificatur in Baptismate et haeres constituitur caelestis gloriae. Si ad hunc effectum requiritur sapiens et religiosa educatio, confirmata proprio exemplo genitorum, filiis filiabusque pariter inculcare debemus reverentiam, amorem, gratitudinem, obedientiam versus ipsorum patres matresque, quum erga talem conditionem promissae sint ultra aeternam beatitudinem etiam temporalia bona. Dominus severitatem jussionum suavitate tractationis temperare noverit, servi vero cum diligentia satisfaciant voluntati, servantes fidelitatem; negotiator ad suam activitatem jungat honestatem lucri, et qui emit, expensas justa cum parsimonia moderare studeat; qui in industria sortem suam ponit, ne confidat coecae fortunae, sed cum prudentia dona Providentiae impendat; artifex operam sustineat, sed servet animi hilaritatem; agricola onus diei patienter ferat, securus abundantis messis in agris Paradisi; dives non confidat in ridenti statu rei domesticae, sed consideret vanitatem terrenae felicitatis, ac pauper ne desperet in inopia, sed recordetur Patris in caelis!

Si divinae Sapientiae Vestrum intellectum humiliter subjicientes juxta praemissa principia conformaveritis Vestram vitam; si Vestros mundanos appetitus domare noveritis et cum fiducia ad Deum convolare; si affectibus disordinatis concupiscentiae carnis et oculorum, ac superbiae vitae renuntiare didiceritis, inflammantes Vestra corda vivo desiderio unionis cum Christo: tunc certe in Vobis aedificabitur templum Domini, Vos constituetis domum Dei, quae credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur!

Felicitatem majorem ignoramus, desideriis purioribus accendi vix possumus, vota praemissis sanctiora ad thronum Omnipotentis ferre nescimus, Vobisque ipsis meliori modo clarioribusque signis affectum Nostrum ac vigilem pastoris curam verumque amorem attestari non valemus: descendat itaque de Caelis super Vos omnes plenitudo Be-

Nostra vita è ora dedicata unicamente alla Vostra salute, e perciò il Nostro cuore batterà sempre in armonia colle Vostre grate od ingrate affezioni: il Vostro gaudio rasserenerà anche la Nostra fronte, ed il Vostro dolore empierà d'affanno anche il Nostro petto. Comune è lo scopo a cui dobbiam tendere, e comune il premio che ci è riserbato nella patria migliore; ma dal Nostro canto certamente maggiori debbono essere e saranno le sollecitudini e le fatiche dirette a salvare l'universo gregge affidato alle Nostre cure pastorali. Per lo che dimandiamo benigno accoglimento, volenterosa ubbidienza, e diligente cooperazione; esortiamo perciò fervidamente i genitori a considerare i loro figli qual caro pegno della divina Bontà, che deve essere gelosamente custodito e conservato nella Grazia, per cui ogni umana creatura viene santificata nel Battesimo e costituita erede della celeste Gloria. Se a tale effetto occorre savia e religiosa educazione confermata dal proprio buon esempio dei genitori, ai figli ed alle figlie dobbiam inculcare rispetto, amore, gratitudine ubbidienza verso i loro padri e le loro madri, imperocchè a tale condizione sono promesse oltre l'eterna beatitudine anche le temporali felicità. Il padrone sappia temperare la severità dei comandi colla dolcezza del trattamento, e la servitù corrisponda con diligenza servando fedeltà; il negoziante alla sua attività unisca onestà di guadagno, e il compratore sappia moderare i dispendii colla giusta parsimonia; l'industrioso non s'abbandoni alla cieca fortuna, ma con savia cautela impieghi i doni della Provvidenza; l'artigiano sostenga le fatiche ma conservi la contentezza dell'animo, l'agricoltore sostenga con pazienza i disagiosi lavori assicurato dell'abbondante messe nei campi del Paradiso; il ricco non confidi nel ridente stato di sue fortune, ma consideri la vanità dei terrestri piaceri, ed il povero non disperì nell'inopia, ma sovven-gasi che ha un padre nei cieli.

Se umiliando il Vostro intelletto alla divina Sapienza, secondo tali massime regolerete la Vostra vita; se saprete moderare i Vostri mondani desiderî, e con fiducia ricorrer a Dio; se rinunzierete agli affetti disordinati, alle concupiscenze della carne, e degli occhi, ed alla superbia della vita, infiammando i Vostri cuori del vivo desiderio di unirvi con Cristo: allora in verità sarà in Voi edificato il tempio del Signore, Voi formerete la casa di Dio, che credendo si fonda, sperando s'innalza, amando si compie.

Felicità maggiore non conosciamo, di desiderî più puri non facilmente possiamo venir accesi, voti più santi di quelli già espressi non sappiamo dirigere al trono dell'Onnipotente, ed a Voi medesimi non siamo capaci d'attestare in modo migliore e con segni più chiari la Nostra affettuosa cura e pastorale vigilanza non divisa

nedictionis, quam cum omni animi effusione hodie in Nostro ad Tergestinam Cathedram solemniter ingressu laeti impertimur, mox etiam super Justinopolitanos eandem pronuntiaturo, ac per multos beatosque annos super Nostrum carissimum gregem ambarum Dioeceseon repetituro in Nomine Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen!

EX NOSTRA RESIDENTIA EPISCOPALI TERGESTI.

DOMINICA II. POST PASCHA MDCCCXLVII

BARTHOLOMAEUS LEGAT

EPISCOPUS

TERGESTINUS ET JUSTINOPOLITANUS.

dal vero amore: discenda dunque dal cielo sopra di Voi tutti la pienezza della Benedizione, la quale con tutta l'effusione d'animo oggi nel Nostro solenne ingresso alla Cattedra Tergestina impartiamo con esultanza e presto pronuncieremo sopra i Giustinopolitani, desiderando vivamente di ripeterla per molti e felici anni sul Nostro carissimo gregge d'ambidue le Diocesi nel Nome di Dio Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo. Così sia.

Se ammirando il Vostro intelletto alla divina Sapientia, secondo tali massime regolerete la Vostra vita; se saprete moderare i Vostri desideri, e con fiducia ricorrer a Dio; se rinunciate agli effetti disordinati, alle concupiscenze della carne, e degli occhi, ed alla superbia della vita, illuminando i Vostri cuori del vivo desiderio di unirvi con Cristo: allora in verità sarete edificato il tempio del Signore, Voi lavorate la casa di Dio, che credendo si fonda, sperando s'innalza, amando si compie.

Felicità maggiore non conosciamo, di desiderare più puri non facilmente possiamo venir accolti, voti più sani di quelli che esprimono non sappiamo dirigere al trono dell'Onnipotente, ed a Voi medesimi non siamo capaci d'allestire in modo migliore e con segni più chiari la Nostra vigilanza non divina

Si divine Sapientie Vestrum intellectum habetis, secundum tales maxime regulabitis vestram vitam; si scitis moderare vestros desiderios, et cum fiducia recurrere ad Deum; si renunciatis effectibus disordinatis, concupiscentiis carnis et oculorum, et superbiae vitae renuntiatis, illuminando vestros cordes vivo desiderio coniungi cum Christo: tunc certe in Vobis edificabitur templum Domini, Vos constituetis domum Dei, quae credendo fundatur, sperando erigatur, diligendo perficitur.

Felicitatem maiorem ignoramus, desideris purioribus accendi vix possumus, vota praesentius non habemus dirigere ad thronum Omnipotentis, et ad Vos ipsos non sumus capaces d'allestire in modo meliori et signis clarioribusque signis affectum Vestrum ac vigilam pastorem vestram semper amorem alacritatem vestram, desiderant